Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

sine grandi timore non recessi. Susceptus itaque miser. cum iam
deterius stabilem se fore promitteret. iterum eadem septimana
retrorsum post sathanam se trahentem. abire non timuit. Sed mox
pre egritudine ualidam ab ineffabili misericordia Christi reiectus. languidus
et miserabilis redditur. denuoque receptus infra diem tercium confessus
et penitens obiit. De conuerso qui ligatus a sathana non poterat co-
Conuersus de fratribus becci municare. et orante conuentu liberatus est.
quidam est cenobium ordinis cyst. in normannia. cum iam morti
proximus esset. monebant eum fratres ut confiteretur et sacramentum co-
munionem acciperet. Quod ille uehementer abhorrens. pertinaci
animo recusabat. Laborantes itaque fratres per unius fere diei
spatium ut hoc ei persuadere possent. cum suam industri-
am nichil preualere cognoscerent. communi consilio decreuerunt
specialem pro eo orationem facere in conuentu. Congregati itaque
in ecclesia cuncti fratres. multiplicatis letaniis et psalmis. in fle-
tu et planctu dominum exorabant. ne ita periclitantem animam
illam in tali dampnatione mori permitteret. Expleta autem oratione.
clamare cepit infirmus. ac dicere. Eia fratres succurrite cito
succurrite cicius et afferte dominicum sacramentum. ne forte iterum ue-
niant partes aduerse et me inueniant inparatum. Aderat
namque modo ingens turba demonum. a quibus undique pressus
ita coartabar. ut nullum suggerentibus uobis possem dare
responsum. de salute mea. Et ecce intimi fratres nec tamen mo-